


BIBLIOTEKA


Zakl. Nar. im. Ossolińskich

XVI 3124

Wm
J. J. J. J. J.
J. J. J. J. J.
J. J. J. J. J.

XVI. 8u. 3124







manuelis Lusitan Algarbioꝝ Africe Ethiopie;
Arabie. Persie. Indie. Reg Inuicriss. Obediētia
M.CASANOVA.

Dū Tulli eloquiū. & clypeus famulaꝝ Achillis
Emanuel dextra fulminat. ore tonat.

¶ IO. I A. C I P E L L V S .

Armis Emanuel. Paccchus ore est
Clarus. uiribus ille hic eloquendo;
Virtutes quoqꝫ Regias in vno
Omneis Emanuele sentiebam.
Dum doctus celebraret hunc Paccchus.
Hinc Regem dubitabo clariorem
Deuicti ne Arabes. & Ind. & Afri.
An oratio fecerit Paccchi.
Dicent nec scio posteri & nepotes
Laudandū magis an magis timendum.



¶ B L O S I V S .

Lusitanorꝝ tum fortia. tum pia facta
Urbem: orbem implerant: Oceanū. Imperia
Nempe piꝝ & clari per secla perennia Regis
Nullum os nulla ætas laudibus abstinuit
At postqꝫ suus illa alto tulit ore Paccchus
Et Regem egregium nuntia lingua refert
Perculis stupuere animis patresqꝫ. patrumqꝫ
Ipse pater. Regis laus geminata nitet
Ac simul hinc Regē. quod fecerit inclita: laudat
Hinc se. quod tanto iusserit ore cani.




[Small illegible text block]




26.046

Fl. Unger

¶ P, CVRSIVS, GARPINET.



Regū gloria, principūq; sidus.
Europe decus, indie subactor
Vnus Emanuel facis quot omnes,
(Si fas vera loqui) suis duellis
Reges nō faciunt potentiores.
Quia nunc scribere nō opus q; omēs
Norunt tam bene: q̄ suos lacertos
Nam dum hec grandiloquio explicavit ore
Pacecchus tuus, sic leo priorum
Longe pontificum optimus senatus
Sic orbis stupuit tuis tropheis.
Hec vt te erigere, haud loqui hunc putarit
Regū gloria, principūq; sidus
Europe decus, Africeq; subactor
Quod sol exoriens cadentem adorat,
Quod quum sol viget, est minor cadente
Quod miracula tot facis canenda
Felix ter, quater es tuis cauendis
Sed que tot facis vt canat legendus
Seclis om̄ibus om̄ibus disertis
Ter quater decies perenne felix



Dieghi Paccchi Iur. Consul. In præstanda Obedientia pro
Emanuele Lusitanor, Rege Inuictiss. Leoni, X. Ponti. Opt. Max.
dicta Oratio,

FLoquar an sileam? Quis nã obsecro vel consuma-
tissimus Orator P. B. quæ tanta ingenij aut facun-
diæ felicitas/ne dicam esse sed animo concipi po-
test/quæ ante augustissimum tui acerrimi Iudicij.
Tribunal/apud Maiestatem tuã in sublimi solio/
ac solidissima Petri Petra diuina unaminiq; omniũ sententia se-
dent, Inter Sacrosanctæ Romã. Ecclesie Cardines firmissimasq;
Columnas/ac tot clarissima mundi lumina/ quasi solem inter sua
sidera micantem. In tãta præstantissimor; viro; corona/celeber-
rimoq; totius Orbis theatro de re tam ardua/tamq; difficili non
dicam verba facere/sed mutire quidem aut hiscere ausit. Quæ sa-
ne res/si vlli vnq; in hoc sacro Conuentu dicturo difficilis visa est
mihiquidem eo maiorem difficultatẽ afferre debet/q; homo pe-
regrinus/nullo dicendi/nulloq; eloquẽdi studio sim excultus/sed
rudis aduc/& transalpini sermonis situ squalidus/crassoc;. vt ille
inquit/sub aere natus. Venerunt profecto timor & tremor super
me/& contexerunt tenebre. Quid igitur faciã/tacebo ne? sed vr-
get me parẽdi necessitas. An iustissimi Regis dñiq; mei dicto nõ
audiam/qui sanctissima dei precepta libens audire/seq; ac sua om-
nia eidẽ dicare semper consuevit? An illius imperio nõ obediam
qui & ipse vltro obediens/nos cum obedientia ad te mittit? An o-
ptimi/ac religiosissimi Principis tam sancto desiderio refragabor
qui vt tua lumina supplices adiremus/tuosq; Sanctissimos pedes
exosculemur/nõ sumptui/nõ impensæ/non laboribus pepercit
In tanto fluctuantis animi æstu hærerem procul dubio P. B. ni-
si serenus iste/diuinusq; Vultus tuus/discusso mentis nubilo/om-
nes iã difficultates peruinceret/quo nos vsq; adeo recreas/vt tuo
velut numine sinceram Principis nostri mentem/purissimũ cor/
præcipuam fidem singularẽ obseruanciã/atq; hilarem offerentis
animũ iam perpendisse videaris/ Neq; ex verbo; inopia/sed ex a-
nimi copia rem metiri/ maioremq; bonæ voluntatis/q; culti ser-

monis habere rationem. Quare tuis iam auspiciis B. P. Serenissi-
mi Regis nostri Emanuelis mandata paucis explicabo/ vt q̄tuae
Sanctitatis auribus molestiā forte hac barbara mea elocucione
attulero / eandem ipsam Oracionis saltem cōpendio rependam
Sed vnde ordiar? quid primū exequar? Equidē diuinas tuas lau-
des/ æternasq; virtutes aggressurus nouam quādam pati videor
ex copia inopiam/ Ita dicere conāti certatim se se ingerūt ita que
libet festinabūda accurrens/ primū apud te locū sibi vēdicare ge-
stit/ adeo quidē vt inuicem se se ipsas eo cōcursu impediāt & ob-
turbēt, Cogitāti enim mihi præclara Iusticiæ mūera/ q̄ ad amuf-
sim & æqua lance cuncta perpendis/ quæ ut Cæterarū domina &
Regina se primū offert/ Reclamat eius socia Clementia/ ac velut
tibi peculiaris & ppria præferri miris modis expostulat. Diciturū
de singulari prudentia/ qua perpetuæ vitæ lineā tā bene duxisti/
nō patit fortitudo/ quæ te interritū/ ac summa florentissimæ vir-
tutū cacumina Leonino more affectātem. fortissime simul & fe-
licissime Leo/ tot laboribus/ tot fortunæ fulminib⁹ sola virtute su-
peratis/ in ipso ætatis flore (quod vix alteri cōtigat) ad eminentis-
simū rerū fastigiū euexit, Cæteras vero cōtempnit, nulliq; cedit tē-
perantia/ cū post habitis voluptatum illecebris tories de te ipso
pulcherrime triūphaueris. Grauitas quoq; quæ potissima laus in
Principe est/ nec lento quidem gradu/ vt te sibi quasi suū vēdi-
cet pcedit, Cum tamen Benignitas longo illā interuallo anteire
cōatur. Certat cū Frugalitate Liberalitas, neq; ei quidem cōcede-
re, aut hoc in certāne liberalis esse deliberat. Verū ipsa dei p̄potē-
tis religio/ recteq; viuendī ratio sanctissima, qua ceteros mortales
semper præstitisti, merito quidē te totum possidere, sibiq; primas
ab reliquis deferri debere summo studio contendit. Ita virtutum
quecunq; prior occurrat, illi ceteræ aliæ quasi inuidentes se se op-
ponunt, magnaq; vi obsistūt. In quib⁹ p̄fecto recensendis cū im-
pediat turba delectū, cumq; ego neq; eo ingenio sim, neq; ea elo-
quētia, qui illarū magnitudinē quæ in te vno suū collocasse domi-
ciliū videntur: efferre possim: Illis prætermisiss: Quæso obtestorq;
te P. B. vt pro tua humanitate dū demandatū mihi pensum ab-

soluere: pro viribus aditor, quæ dicturus sum æquis auribus be-
nignissime excipias. Venimus igitur Potentissimi Regis nostri
Emæuelis filij tui deuotissimi iussu atq; Imperio ad sanctissimos
pedes tuos eius nōie Apostolico Throno, ac tuæ Sanctitati de
more gratulatū, Deo imprimis gratias agentes: q̄ eum huic sanc-
tæ Sedi, ac Petri nauiculæ Gubernatorem præfecerit, qui vt no-
uit regere: ita & velit & possit. Venimus abultimo Lusitanix re-
cessu, vt te dei Vicariū, xp̄ianæ religionis summū Antistitē, vni-
cū Romani. Ecclesiæ, Gregisq; dominici Pastorē veneremur, co-
lamus, atq; in tuo nomine Christū, cuius vicem geris, adoremus
Venimus publice priuatimq; tuæ Sanctitati ab vtroq; Orbe, no-
stris iā armis conuincto, obedienciā, ac veræ recognicionis signa
præstituri: Neq; ea quidē solita & antiqua P. S. sed noua, ac mul-
to maiora tibi afferimus: Et quæ ad Sanctissimā cōtra Christi ho-
stes expeditionē in sacro Lateranē. Concilio, quod ad id potissi-
mū tam recte q̄ sancte continuare instituisti, decernendā, nō solū
attineāt, sed vel maxime impellāt. Nam vt Lusitanorū retro Prin-
cipū domi foriq; pro Christiano Imperio studiū ac gesta omit-
tā: vtpote vniuerso orbi satis iam superq; satis nota: Vt admiran-
dā Manicongris Regis cū inūero populo: Regis inq; totius Aæ-
thiopiæ maximi ac potētissimi, nō sine diuino misterio, sedula tui
Emanuelis opera ad Christū cōuersiōem silentio prætereā, Cuius
noua obedientiæ mūera nō multo post primus videbis, primus-
q; excipies, Quid de nostrorū Indica expediciōe, belloq; quod in
Oriente magnis animis gerit, existimādū est: Licet enim ad mei
Redis famam, meæ Patriæ decus, Lusitanicq; nominis æternitatē
spectet: haud tamen silendū est Opus diuinū potius q̄ humanū,
Opus ante sæcula nostra nescio inspiratū: an verius desperatum:
Opus quo impius ille Maumetes: eiusq; præcipua Sedes Sarra-
cenorū caput Mechas: in hanc vsq; diem Christiāis armis inaccessa:
nobis nūc diuino suffragio peruia: non sine magno sanguinis
pretio reddita est. Nā q̄ tam longe: tanto terræ marisq; tractu: vl-
tra Centū stadiorū milia: nostra arma: victricisq; manus ptendan-
tur: tam imensa Oceani vastitate enauigata: tot insanis tēpestati


bus superatis: tot laboribus exanclatis: expugnata pene ipsa rerū
natura: nec id quidem impune. Multa enim nostrorū corpora ip
si indignanti Oceano deuoranda: mōstrisq; marinis in eleā dan
tur. Pretiosa sane: ac summo præmio digna sepultura: quę sui dei
amore: suę fidei zelo: sui Regis imperio: suę Patrię: gentisq; stu
dio pulcherime parat: Quod tot Reges: ac Satrapę gentis nume
ro: rerū opulentia: munitissima classe Potentissimi: nostra arma
viresq; sentiant: eorūq; potētia a nostris: quāuis nūero imparibus
seperetnusa multoties cōfracta: sepius atrita: Quod tot Prouincię
subactę: tot Populi sub iugū missi: tot Nationes in potestate re
ductę: Nec ipsa modo oppida & opes: sed multorū quoq; Animę
recuperarę: qui a perpetuo Maumeticę seruitutis iugo liberatis
verā dei fidem agnouerūt: Quod memoratissima alter quōdam
orbis terrarū credita Taprobane multis antea sæculis incognita:
nec minus expetita q̄celebris: nobis iam sit familiaris: Quod ce
leberrima illa Aurea Chersonesus: Regiaq; ei⁹ Malacha nostris
subacta armis: iura legesq; nostras acceperit: Quod plurimi Re
ges: ac minime aspernādi Principes audita Lusitanorū fortitudi
ne: vltro sedus & amicitia per Legatos exostularint: Mūera etiā
& ea quicq; pretiosissima dono dederint: Quod maximus ille: po
tentissimusq; Princeps Pbi Ionnes sua arma nostris iunxerit: ve
rę adorandęq; Crucis haud exiguū lignū tuo Emanueli miseris
totiusq; sui Regni vires contra Catholicę fidei hostes libere quidē
obtulerit, Nonne hæc om̄a P, S. ductu opera auspiciisq; tui Ema
nuelis in Christi iam peculiū recensenda. atq; in Sanctę Ro, Ec
clesię Patrimoniū sunt referenda? Sed quo ego illud piaculo pre
tereā S. Leo. qđ nup hoc anno Inuidiss. idē Rex noster felicissime
in africa gessit. nihil estimās, q; varijs hinc inde bellis, hinc ex Asia
Inde ex africa agereť. vt magno apparatu bellico, maxiaq; instru
cta classe Illustris magnanimiq; Bragātix ducis sororis filii virtute
ac robore animi & fortissimorū militū ardore nō fere prius instru
ctā aciem in Africā transmiserit. qđ de hostibus triūphauerit, Aza
mor Mauritanix vrbem loci situ & soli vbertate insignē ac toti
us Regni quasi Caput tantopere a Christianis & frustra tentatam
expugnauerit: Mox Almedinā orthodoxo nomini in festā. & cun

Etis affluentem diuitijs: aliaq; opida munitissima. cōpluraq; loca
opulentissima suæ ditioni suoq; imperio felicissime adiecerit: Cu
sus rei gaudiū duo Tintinnobula indigna olim ex Christianis tro
phæa in Vrbe Azamor reperta mirifice testata sunt. Quæ antiqui
non oblita soni magno Christiani nominis dedecore tot annos
suppressa. In sperato nunc quasi postlimino diuinas laudes quoti
die resonant: & quo diutius cōticuerit: eo clariore sonitu lætius iu
cundiusq; exultant: Tū in gratulationē restitute libertatis Tum in
contemptū perfidi Maumetis ac superbi Sathanæ. qui ibidē cum
diris deuotōibus (horrendū dictū) in Christianū nomen in dig
nissime colebantur, nunc aut̄ illorū dedecore vera Dei fides. vera
laus, vera gloria suscitatur, agnoscitur) predicatur: Magna hæc sunt P, B,
signa, & (vt verius loquar) certissima Dei promissa. Dominaberis
perfecto dominaberis a mari vsq; ad mare. & a Tiberi vsq; ad ter
minos Orbis terrarū: Reges Arabū & Sabadona adducunt: & ado
rabunt te om̄es Principes: & om̄es gentes seruient tibi, Tibi serui
et vltima Thule. Quid em̄ iam sperandū est. nisi extremā illam
Orientis oram: quo vix fama quidē Christiani nois peruenerat.
nostræ Occidentali coniunctā. & ad veri Dei fidē cultūq; tradu
ctā propediē Tuæ S. vt Optimo Pastori Christiani gregis more
nouā Obedientiā ac debitū obsequiū præstiturā. vt Indo ac gan
ge. Tago ac Tyberi in eundē velut Alueū coactis tuisq; simul au
spicijs concorditer fluentibus. fiat vnū Ouile & vuuus pastor. Age
igitur B: P: quod te iā mente ista altissima euoluere credimus: tā
tā bene gerendæ rei occasionē amplectere, Aggredere hāc tam
clarā prouinciā Magnanime Leo dignā Principe. dignā pontifi
ce: dignā inq; Leone Orthodoxæ religioni salutarē: Deo opt: M
ax. gratissimā. Quid em̄ Seruatori nostro christo Iesu acceptius
efficere potest eius Vicarius. q̄ infinitas pene Animas perpetuo
baratro demergendas in viā salutis dirigere. Quid Sedī Aposto
licæ & christianæ R. P. cōmodius. q̄ mēbra Ecclesie suo capiti re
stituere. Tuū est P. S. æstuantis Petri Nauiculæ naufragio subue
nire. Tibi hereditariū fluenti populo mederi. & christianā R. P.
tot procellis tot squissimis tempestatibus tam diu iactatā tuo sa

lutifero ac precioso pharmano. peculiari quodā gētis Medice Iure
 medicari. In te omīs egrotātium spes aliq̄ inclinata recūbit. Tu
 publice salutē remediū adhibe. Verū verū inq̄ Leonē indue. per-
 uigila. aut oculis adaperis somnū in hac Nauicula. qđ Leoni de
 suis catulis sollicito peculiare legimus. captabis. In qua nō somni-
 culose est dormiendū ne periclitē: ne pereat. Pastor es bonus: ne
 Oues tuas Barbaris morsibus lacerandas pmittas. Vnge nos leo
 clementis. tuo salutifero adipe. tuo preciosissimo vnguento. quo
 rapacissimoz lupoz rabiē cōteramus. teq̄ ferocissimū Leonē i p-
 fidos christi hostes oñde. Qđ quo facilius pfici possit: totis virib⁹
 quod instituisti. adnitendū est: vt christianoz principū cōcurren-
 tia inter se signa. vnde tot vulnera. tot clades. tantā sanguinis effu-
 sionē tot ciuilibus bellis oppressa res christiana indies patit. in pri-
 mis cōponant. Ac tandē cōfecta pace: qua nec deo quicq̄ accepti-
 us: nec huic rei aptius esse pōt. Sedatisq̄ eoz discordiis vnanimi
 consensu concordia fidelium arma in Infideles tuo felici auspicio
 cōuertant. Quod vt facias quāto pōt studio ac precibus te obse-
 rat. teq̄ obtestat B. P. tuus Emanuel. qui huius sanctæ Sedis pro-
 genitorz more. ac tuę S. precipue semp̄ studiosissimus qua solet
 obseruātia nos alacri animo ad te mittit. cuius noie obedientiaz
 exhibentes: veræ sinceræq̄ fidei officia spōdemus nufq̄ defutura
 Teq̄ verū christi vicariū. Petri heredem Maxim Ro. Ecclesie pon-
 tificē. Totius christi anæ Reip. Presulē recognoscimus. fatemur. a-
 doramus. Simul etiā vt vestris sacris conciliis intersimus iniunxit
 Vbi clementissimus deus. dignē adfistētiū corda Spiritus sancto
 ita replere. vt te duce ea decernant. quæ dei cultū. catholicæ fidei
 angmentū. S. Sedis Apostolicę decus. Tuę B. merita ac famā. sa-
 cri concilij laudē. Totius christiani orbis cōmodū. Infideliū pni-
 tiam. excidiūq̄ perpetuū concernāt. In dei Opt. Max. gloriā sem-
 piternam. Amen:



cum Joannibus 97 2/6



9797

C. A.

